HONORATAM SENECTUTEM

VIRI. PLUR. REV. CLARISS. DOCTISS.

DN. DANIELIS KÖHLERI

ECCLESIASTÆ PALÆOPOLITANI EMERITI
VARIISQVE CASIBUS ĐECUMATI,
TRISTIBUS EXEQVIIS
MATRONÆ ORNATISSIMÆ
ET CONJUGIS
DESIDERATISSIMÆ

CONSTANTIÆ

MAGIS AFFLICTAM,

SENILI MUSA CONSOLARI VOLUIT

JAC. ZABLERUS P. O.

THORUNII
Impressit Joh. Nicolai Nobiliss. Senat. & Gymn. Typogr.

O Spes fallaces hominum! protendimus ævum
Longius, aſt inter mors inopina venit.
Cuncta hæc abrumpit, condit ſepelitque favillis,
Optima quæ fuerat ſpes ſtare poſſe diu.
Inſere nunc Meliboee pyros, pone ordine vites,
Spes omnes rapiet, deſtruet una dies.
I nunc collige opes, præluſtres corripe faſces,
In lucro famam deliciasque puta.
Qvicquid te oblectat, momento pendet ab uno,
Cuncta hoc eripiet, quæ placuere prius.
Sic ego ſperabam cum matre ſeneſcere poſſe,
Dulci inquam patria; eſt facta noverca mihi.

Ex-

Extorrem niſi me excepiſſet Viſtula fautrix,
Expoſitus fatis exul adusque forem.
Sæpius expetii votis uxore fruiſci
Longius; hæc abiit deſeruitqve prior.
Illa qvidem exultat meliori ſede repoſta,
At me ſors neqvior duraque cura premit.
Conficio mentem ſtudiis, fert alter honores,
Nempe & apes aliis mellificare ſolent:
Dumque Helicona peto, neqvicquam aſcendere tento,
Sic aliis pandunt, non ſibi, vela rates.
Ergo TIBI *pariter funus Libitina paravit,*
Corripuit ſimilis, VIR VENERANDE, *dolor.*
Luſtra exacta aliquot TIBI *ſunt cum Uxore fideli,*
Duxiſti juvenem, viderat illa ſenem.
Hæc ſtudiis fractum fovit viresque refecit,
Implicito morbis ancora ſacra fuit.
Jam nutu ſuperum ſcandit ſuper æthera, terras
Deſpicieus vacuum reddidit illa torum.
Sed nondum TIBI *ſubtraxit manus alma Tonantis*
Solamen, curas leniet illa Tuas.
Leniet officio ſtudiisque ex ordine ſumtis,
Queis animas noſti reddere poſſe polo,

Huic

Huic vive, huic corpus tremulum mentemque
resigna:
Jam lux adveniet statque propinqua salus;
Quæ fessum excipiet resolutaque membra fove-
bit,
Quæ TE Consorti reddere sola potest.
Æternos superis edet CONCORDIA plausus,
Lætior adjuncto TE DANIELE sibi.

